manuscript

Seite 10r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



psequens mulierem misit aquam de ore suo tamquam flumen. idem doctrinam
heretica vii Quomodo aqua eius modi primum occulte irrepens. deinde per
incrementa vires capiens. per quatuor partes orbis sese extendit viii
Quomodo adiuvit terra mulierem et absorbuit flumen quod misit draco de ore
suo viiii De septimo draconis capite quod dicitur quasi occisum in morte et pla
ga mortis eius sanata est x Quomodo plaga mortis eius sanata est vel
quomodo habens plagam gladii vixit xi Quod caput illud sit antixpus
et dedit illi draco virtutem suam et potestatem magnam xii De eo quod apostolus
dicit et nunc quid detineat scitis ut revelet in suo tempore. et in apocalipsi
de sacramento mulieris et bestie que portat eam xiii De eo quod dictione
sua ita temperavit apostolus tantum ut qui tenet nunc teneat donec de
medio fiat xiiii Non posse verbis explicari ira draconis quam per illum
hominem peccati exercebit. et de eo quod ita dictum est. quem dominus ihesus interficiet
spiritu oris sui xv Quod interfecto antixpo ibi consummato sit verbi dei ubi
dicet venite benedicti patris mei et cetera xvi De eo quod dictum est de diabo
lo ad beatum Iob. ecce spes eius frustrabitur eum. et videntibus cunctis
precipitabitur. et hoc agendum spiritu oris domini vel quod sit hoc fieri spiritu oris
domini xvii Item quod sit flatus domini et qualia sint que dicantur eo flante
vel spiritu ire eius fieri xviii Experimentum de lazaro quatriduano. quam
facile factum sit verbo ut omnes resurgant in die iudicii xviiii Item de
prima resurrectione que est remissio peccatorum. quam facile sit apud eum facere
et hoc significari verbo. quod dictum est insufflavit xx De eo quod dictum
est apud ysaiam. et erit lux lune sicut lux solis. septempliciter sicut
lux septem dierum Prologus in librum de victoria verbi dei. sequitur

Prologus commemorans qualis fuit occasio scribendi hoc opus de victoria verbi dei

Super cum tu hospes optabilis Chuno pater cenobii Si
gebergensis nostrum presencia tui serenares habita
clerum. Nos morte solito semoti aceteris aliqua conferre
bamus de sanctarum maiestate scripturarum. Erat autem nobis
tunc sermo precipuus de iiii. illis grandibus bestiis
ex visione danielis. quarum prima quasi leena ipsa fuit
quasi regnum babiloniorum. alia similis urso. ipsa
fuit regnum persarum et medorum. Alia quasi par
dus. ipsa fuit regnum grecorum. Quarta terribilis. atque mirabilis. et fortis
nimis. dentes ferreos habens magnos. comedens atque comminuens
et reliqua pedibus suis conculcans. ipsa fuit regnum romanorum quorum
fidelis regnorum singula suis temporibus. super cetera gentium regna
principatum tenuerunt. Regna hec idcirco per bestias ferocissimas et sangui
nis avidas recte figurata fuisse dicebamus quia plena crudelitatis
fuerunt et sanguine mundum bestialiter debachando implencia. sanctos quoque
dei altissimi contriverunt. at vero regnum dei Regnum esse pacis. regnum